 16

OFFICIUM PROPRIUM IN FESTO

S. PII V. PONT.

SEMIDUPLEX, DE PRÆCEPTO, tam Sæcularibus, quàm Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter ea, quæ hîc apponuntur propria.

ORATIO.

DEus, qui ad conterendos Ecclesiæ tûæ hostes, & ad Divinum cultum reparandum, Pium V. Pontificem Maximum eligere dignatus es: fac nos ipsius defendi præsidiis, & ita tuis inhærere obsequiis, ut omnium hostium superatis insidiis, perpetua pace lætemur. Per Dominum nostrum, &c.

IN I. NOCTURNO.

Lectio de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO

Lectio iv.

PIus in oppido Insubriæ, quod Boschum vocant, natu[s], sed è Bononia oriundu[s] ex nobili Ghisleriorum familia, cùm quatuordecim esset annorum Ordinem Prædicato[rum] ingressus est. Era[t] in eo admirabilis pa[tientia], profunda hu[militas], summa vi[rtus]

au

usteritas, continuum
rationis studium, &
regularis observantiæ,
& divini honoris ar-
dentissimus zelus. Phi-
losophiæ verò, ac Theo-
logiæ incumbens, adeò
in iis excelluit, ut illas
docendi munus magna
cum laude per multos
annos exercuerit. Sa-
cras conciones pluribus
in locis cum ingenti
auditorum fructu ha-
buit. Inquisitoris offi-
cium inviolabili animi
fortitudine diu susti-
nuit, multasque civi-
tates, non sine vitæ dis-
crimine, ab hæresi tunc
grassante immunes ser-
vavit.

℟. Inveni David ser-
vum meum, &c.

Lectio v.

A Paulo IV. cui ob
eximias virtutes,
charissimus erat, ad
Nepesinum, & Sutri-
num Episcopatum pro-
motus, & post bien-
nium inter Romanæ
Ecclesiæ Presbyteros
Cardinales adscriptus
fuit. Tum ad Ecclesiam
montis regalis in sub-
alpinis à Pio IV. transl-
latus, cùm plures in
eam abusus irrepsisse
cognovisset, totam
Diœcesim lustravit, re-
busque compositis, Ro-
mam reversus, gravis-
simis expediendis nego-
tiis applicatus, quod
justum erat, Apostoli-
ca libertate, & constan-
ria decernebat. Mor-
tuo autem Pio, præter
omnium expectatione
electus Pontifex nihil
in vitæ ratione, exce-
pto exteriori habitu,
immutavit. Fuit in eo
Religionis propagandæ
perpetuum studium,
in Ecclesiastica disci-
plina restituenda inde-
fesus labor, in extir-
pandis erroribus assi-
dua vigilantia, in sub-
levandis egentium ne-
cessitatibus indeficiens
beneficentia, in Sedis
Apostolicæ juribus vin-
dican-

dicandis robur invictum.

℟. Posui adjutorium.

Lectio vi.

SElimum Turcarum Tyrannum multis elatum victoriis, ingente comparata classe, ad Echinadas insulas, non tam armis, quàm fusis ad Deum precibus devicit. Quam victoriam, eâ ipsa horâ, qua obtenta fuit, Deo revelante cognovit, suisque famliaribus indicavit. Dum verò novam in ipsos Turcas expeditionem moliretur, in gravem morbum incidit, & acerbissimis doloribus patientissimè toleratis, ad extrema deveniens, cùm Sacramenta de more suscepisset, animam Deo placidissim reddidit, anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo ætatis suæ sexagesimo octavo, cùm sedisset annos sex, menses tres dies viginti quatuor. Corpus ejus in Basilic Sanctæ Mariæ ad Præsepe summa fidelium veneratione colitu multis à Deo ejus intercessione patratis miraculis, quibus ritè probatis, à Clemente XI Pontifice Maximo Sanctorum numero adscriptus est.

℟. Iste est, qui ante &c.

IN III. NOCT.

Homilia in Evangelium Homo peregrè, *de eo Commun. 1. loc.*



DE.

DECRETUM URBIS, ET ORBIS.

VT *magis, magisque promoveatur cultus, ac veneratio, atque Fidelium major devotio erga S. Pium Papam Quintum, ex Ordine Prædicatorum à SS. D. N. Clemente Papa XI. nuper in Sanctorum albo solemniter adscriptum: Reverendissimus Pater Antonius Cloche, Magister Generalis totius prædicti Ordinis, eidem Sanctissimo demissè supplicavit, ut concedere dignaretur dictum S. Pium describi in Martyrologio Romano die 5. Maii cum elogio Sanctitati suæ benè viso, atque Officium ejusdem S. Pii cum oratione, & lectionibus secundi Nocturni propriis à S. R. Congr. approbatis, & jam aliquibus Civitatibus, & Diæcesibus concessum, extendatur ad Ecclesiam Universalem sub ritu semiduplici de præcepto recitandum ab omnibus utriusque sexus, tam Sæcularibus, quàm Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur: & cùm Sanctitas sua supplicationem, ac instantiam remiserit ad S. R. Congr. eadem S. C. oratoris instantiæ indulgeri posse censuit, tam pro appositione in Martyrologio dicti S. Pii cum elogio, quàm pro extentensione Officii cum oratione & lectionibus propriis secundi Nocturni ad Ecclesiam Universalem, sub ritu semiduplici de præcepto, ut suprà recitandi, si SS. D. N. videbitur. Die 28. Junuarii 1713.*

Factaque deinde per me infrascriptum pro-Secretarium de prædictis SS. D. N. relatione, Sanctitas sua benignè annuit. Die 17. Februarii ejusdem anni 1713.

G. Card. Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

G. Collicolla S. R. C. pro-Secret.